

Et per viam arctam ad patriam decenter tendunt: A Matth. VII, 12.

(4) Locus conventuum sacrorum in magno semper apud pios debet esse pretio. vid. præcept. III. item Pfalm. XXVI, 8. & XLII, 5.

USUS E VERSU IV.

(1) Altare V. T. perpetuum erat sacrificii per Messiam expediendi monitorium: Ebr. IX, II. seqq.

(2) Gaudium fidelium unice circa Deum occupatur: creatura non aliter delectant, quam quatenus ad Deum ducunt, atque ab eodem paternè donantur: Pfal. LXXIII, 25. 28. 1. Cor. X, 31.

(3) De laude Dei tam vocali, quam instrumentali (per citharam,) vid. præcept. II.

USUS E VERSU V.

Repetantur dicta Pfalm. XLII, 6.

PSALMI XLIV. DISPOSITIO.

Suspiria spiritûs. Historia speculum divinæ providentiæ. Libera, ut olim.

IN hac devotâ contra persecutores oratione præmittitur

I. Priorum Dei beneficiorum commemoratio: ubi (1) notitia, partim per propriarum aurium perceptionem, vers. 2. partim per oralem majorum commemorationem: ibid. (2) res ipsa cognita est opus Dei antiquis præstitum temporibus, ibid. quod (3) specialius effertur vers. 3. quoad (a) gentium expulsionem: (b) Israelis plantationem: (c) nationum afflictionem remotionemque: ibid. (d) quoad operis hujus auctorem: non præstitit illud gladius brachiumve Israelitarum: vers. 4. sed manus Dei vers. 3. dextra brachiumque ipsius: vers. 4. & quidem ex mero populi sui amore: ibid. Sequitur hinc

II. Precatio: ubi (1) invocatus, est Deus rex meus: vers. 5. (2) petitum: manda salutem Israelis: ibid. (3) effectum: per te vel tecum, & in nomine tuo, hostes invasoresque nostros concutiemus, supplantabimus: vers. 6. (4) fundamentum hujus spei, tum negative: non confidimus arcu gladiove nostro: v. 7. tum positive: tu Deus salvas nos, & hostes confundis; v. 8. (5) promissum: quotidie celebrabimus Deum: nomen ejus in seculum profitebimur: vers. 9.

III. Querela de præsentibus miseriis; ubi

(1) Dei indignatio: qui rejecit, ignominia affecit, exercitum nostrum non comitatur: vers. 10. in fugam verti permisit, raptoribus exposuit: vers. 11. instar pecudum absumi concessit: inter gentes dispersit: vers. 12. populum suum divendit: vers. 13. vicinorum extraneorumque opprobriis exposuit: vers. 14. 15. 16. 17. (2) Populi Israelitici constantia: (a) tui non sumus obliti: (b) fœdus tuum non violavimus: vers. 18. (c) corde gressibusque nostris non recessimus à tuâ semitâ: vers. 19. (3) Stringens angustia: ubi (a) comminatio: vers. 20. (b) draconum crudelitas: (c) caliginis crassissima terror: ibid. (4) Piorum innocentia: non obliti sumus nominis divini: vers. 21. Deos alienos non invocavimus: ibid. [confirmatur hoc per Dei omniscientiam: vers. 22.] propter Deum trucidamur: vers. 23.

IV. Suspirium novum: ut Deus [1] expurgatur: vers. 24. [2] desinat abjicere: ib. [3] vultum benignum recondere: vers. 25. [4] miseriarum oblivisci: ibid. (Ratio additur: extremè sumus depressi: vers. 26.) [5] ut surgat ad auxilium: vers. 27. [6] propter suam gratiam redimat: ibid.

PSALMUS XLIV.

EXPLICATIO VERSUS I.

קורח לבני קורח pro filiis Korach:) de inscriptione hac actum Pfalm. XLII, 1. Cum Psalmum hunc Paulino dictaret Ambrosius, subito, in modum scuti brevis, ignis caput ejus cooperuit, Paulin. vit. Amb. f. 9.

EXPLICATIO VERSUS II.

אזנינו באתיבנו auribus nostris audivimus:) h. e. crebrò, sufficienter & perspicuè percepimus. Id enim requirit pleonastica aurium appositio, cum jam antea in Audiendi verbò eadem concipiuntur. Sic, oculis videre, Deuter. xxxiv, 4. Ezech. XLIV, 5. Pfalm. XCI, 9. voce clamare, Pfalm. III, 5. lingua loqui, Pfalm. xxxix, 4. auribus percipere, Pfalm. LIV, 4. & h. l. Nomini præponitur (ב) faciens ablativum instrumenti, quod ebraei dicunt ביעור ceu Gen. XLVIII, 22: cepi ובקש ביעור Pfalm. II, 9. confringes eos בשבט &c.

אבותינו patres:) i. e. majores nostri, testes omni exceptione majores, de quibus non præsumitur, eos decipere posse suos posteros. Nomen

C quippe כן omnes in se complectitur in lineâ ascendente superiores, five sint parentes, five avi, five proavi, abavi, &c: quomodo v. g. Abraham vocatur Pater Levi, Ebr. VII, 10. & Jacobi, Gen. xxxi, 42: cujus tamen erat avus. Sic Pf. xxii, 5. in te sperarunt patres nostri; Pf. CVI, 6. peccavimus cum patribus nostris; & vers. 7. patres nostri in Ægypto non intellexerunt mirabilia tua, &c.

ספרו enarrarunt nobis:) accuratè, circumstantialiter, & factâ computatione, numeratim quasi vel de articulò ad articulum; hanc etenim emphasin postulat conjugatio piel verbi ספר quod significat numerare, item numeratim enarrare: (ferme sicut Germani quoque Erzählen derivant à Zahl: & Græci hanc vocem exprimunt per ἀριθμῶν, ἐξαριθμῶν, ἀναγγέλλειν &c.) eò modò adhibetur, quando alter alteri recenset somnium Jud. VII, 13. insignia Elisæi miracula, 2. Reg. VIII, 4. &c. Respicit autem David h. l. ad ordinationem Dei Exod. X, 2. &c. de inculcandâ posteris majorum historiâ per parentes, cujusmodi rela-

709 relationem... Pf. XIV, 31. VI, 19. ex Ægypto & milia, ceu se... (q) et relativu... præcipuè in... (quam) effe... XVIII, 1. 44. & in constructi... pag. 44. num. ביסוד in... tus, quibus... temporis (D... genere, quo... vavimus Pfal... וקו in di... Nomen דרם... anticus est, fi... tus pro oriente... nobis solem p... ribus; vel qu... illustratur sol... Adamo recens... mox inuere... enim designat... van. ut Pfalm... Den. XXXIII... valde diutum... preterlapforu... XIX, 25. Jer. L... ipsam videtur... Deus ipse app... Pfalm. LV, 20... gatur valde... deulis, inde... usq; elapsis. F... eodem in regim... f. ul. n. 9. gram... EXPI... tu ipse... tur exprese... um habebat; n... miorum omni... tam, eamque... hinc ostendit v... וקו manu t... ta: per anth... autem est ellip... vum instrume... que ellipfin re... do tuo. גיט gentes... tentes, quarun... וקו exp... genibus imm... v. g. tempelat... nas Israelitis c... tronem.) vers... וקו possedit, in... hinc, ut 2. Par. X... וקו posside... sa alterum pri...